

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum XXXVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

ORACULUM SACRUM XXXVII.

Col. 1. 18.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Ὁ Χριστός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τῷ σώματι ὡς τῆς
ἐκκλησίας, ὃς ἐστὶν ἀρχὴ καὶ σώτηρ ὁ καὶ τῶν νε-
κρῶν, ἵνα γένηται ὅτι πάντες αὐτὸς πρωτεύουν.

Versio vulgata.

Christus est caput corporis Ecclesiæ,
quod est principium, primigenitus ex mor-
tuis, ut sit in omnibus primatum tenens.

Versio B. LUTHERI.

Christus ist das Haupt des Leibes/
nemlich der Gemeine/welcher ist der An-
fang und der erst-gebohrne von den
Todten/auff daß er in allen Dingen den
Fürgang habe.

N O T Æ.

I. Christus h. l. non tantum describitur, ut
caput Ecclesiæ, verum etiam versu precedente
nobis proponitur ut creator cæci & terræ, per
quem omnia, quæ in cœlis sunt, & quæ in terra
visibilia & invisibilia creata sunt. Quid versu

Y 2

Apo.

Apostolus agit de prima rerum omnium creatione, quod pater.

1. *Evocis Cuius in nativa significatione.* Nam hæc vox propriè accepta notat creationem è nihilo fatente Socinò in AntiWieck. p. 338.

2. *Ex absoluta hujus verbi usurpatione.* Quotiens enim hoc verbum absolutè & sine determinatione usurpatur veram & primam creationem notat.

3. *Ex nota universalitatis additione.* Nam in Christo omnia creata dicuntur. E. Christo non tantam invocandus ut caput & Dominus Ecclesiæ, sed etiam ut Dominus & creator omnium, quæ sunt in coslo, & in terra, contra Socinianos existimantes, Christum tantum invocandum esse in illis quæ ad Ecclesiam Christianam spectant, non verò ut Deum & Dominum omnium quæ sunt in celo & in terra. A quibus tamen hæc in parte discedit Schlichtingius comment. in Epist. ad Ebr. c. 2. p. 110. ubi fatetur Christum prorsus universè super omnia constitutum esse.

II. Si Christus est caput Ecclesiæ, sequitur ipsum fuisse ab initio Ecclesiæ. Nam Ecclesiæ nunquam fuit sine capite, contra eosdem cum Photino negantes Filium DEi extitisse ante conceptionem ac nativitatem temporalem, & contendentes eundem tum demum capisse, ubi conceptus est de Spiritu Sancto.

III. Ex

III. Ex h. l. talis nascitur collectio: Si Christus non tantum est caput Ecclesiæ, verum, etiam $\pi\epsilon\rho\upsilon\tau\epsilon\kappa\omicron$ Θ universæ creaturæ, de quo Pater ecclestis ait: Ego primogenitum constituam eum excelsum in Regibus terræ, h. e. caput & principem summum Ecclesiæ meæ, adeoq; omnis creaturæ constituam eum Ψ . LXXXIX: 28, utiq; Christus non est vicarius DEI in regimine Ecclesiæ, *contra eosdem* Vide quæ supra notavi in enucleatione oraculi XXVII.

IV. Primogenitum in scriptura dicitur id, quod in suo genere excellit & summum est. Sic Christus h. l. dicitur $\pi\epsilon\rho\upsilon\tau\omicron\kappa\omicron$ Θ $\epsilon\kappa$ $\tau\omega\upsilon\varsigma$ $\nu\epsilon\kappa\epsilon\omega\upsilon\varsigma$ i. e. præstantissimus inter omnes qui resurgunt ex mortuis. Hinc Apostolus statim subijcit: Ut sit ipse in omnibus $\pi\epsilon\rho\upsilon\tau\omicron\upsilon\upsilon$ primatum & prærogativam obtinens. Est autem Christus $\pi\epsilon\rho\upsilon\tau\omicron\kappa\omicron$ Θ $\epsilon\kappa$ $\tau\omega\upsilon\varsigma$ $\nu\epsilon\kappa\epsilon\omega\upsilon\varsigma$ tum $\gamma\omicron\upsilon\omega\delta\omega\varsigma$ ratione personæ, quæ $\eta\epsilon\alpha\upsilon\theta\epsilon\omega\upsilon\varsigma$ Θ , ad quam $\upsilon\pi\epsilon\rho\chi\eta$ nulla creatura pertingere potest, tum $\epsilon\upsilon\epsilon\gamma\eta\lambda\iota\omega\varsigma$, quia meritò ac virtute ejus, omnes credentes ad vitam æternam resurgent, *contra eosdem Christi personam & meritum impugnant.*

V. Ecclesia h. l. metaphoricè vocatur corpus Christi. Quemadmodum enim corpus & omnia corporis membra à capite reguntur,

Y 3

& ab

& ab eo sensum, vitam & motum naturalem accipiunt. Ita Ecclesia, corpus mysticum à Christo capite regitur, & ab eo sensum, vitam & motum spirituales accipit, & quidem etiam secundum humanam naturam. Certum enim est quod Christus sit caput Ecclesie maxime etiam secundum humanam naturam. Vide loca parallela Ephes. I. 22. IV. 15. V. 23. Hunc autem titulum neutiquam tenere posset, nisi ea in se haberet, quæ ad motum & sensum corporis mystici membrorumque sunt necessaria, adeoque vegetaret suum corpus & membra, iisque succum vitalium infunderet.

His prælibatis ita colligimus:

CAPUT Ecclesie ex quo omnia membra auferunt augmento DEi & totum corpus capit incrementum ad sui ipsius ædificationem, verè & efficacissimè est vivificum. Christus secundum utramque naturam est **CAPUT** illud Ecclesie, ex quo omnia membra auferunt augmento DEi, & totum corpus capit incrementum ad sui ipsius ædificationem, teste Apostolo locis modo allegatis.

E. Christus secundum utramque naturam verè, & efficacissimè vivificat contra Jesuitas & cumprimis Calvinianos, Christo secundum humanam naturam omnem vim vivificam præcedentes.

Unde

unde alicubi adfirmant carnem Christi tan-
 tum fortitam esse communionem nominis.
 Alicubi hanc ponunt sententiam intelligen-
 tam vim vivificam illam esse saltem ratione
 Coneriti. Alicubi hujus sunt opinionis car-
 Christi titulò hoc gaudere ideò, quia ca-
 naturalis sit, per quem verè vivificantis verbi vitam
 accipiamus.

VI. Salvator h. l. dicitur CAPUT Ecclesiæ.
 Quemadmodum autem CAPUT corpus suum
 naturale non absens regit, sed præsens: Ita
 Christus non absens sed præsens regit
 corpus suum mysticum h. e. Ecclesiam, & qui-
 dem non solum secundum divinam, verum
 etiam secundum humanam naturam, juxta
 quam h. l. caput Ecclesiæ dicitur. Hinc è loco
 præsentem ita colligimus:

Caput à suo corpore citra vitam, quam ex illo
 haurit, jacturam, abesse nequit. Christus se-
 cundum utramq; naturam est Ecclesiæ mili-
 tantis in hac terra caput.

E. Christus secundum utramq; naturam
 à corpore suo mystico, quod est Ecclesia mili-
 tans, abesse nequit, contra Socinianos negantes
 Christum præsentem esse in terris populo suo quem
 regit, imò quantum ad humanam naturam ita
 absentem dicunt, quemadmodum cælum supra-

*num ab infima terra distat. Vid. Smalc. de Divin. Christi cap. XVI. p. 101. Socinianorum vestigia legunt Calviniani. Vid. Sadeel. T. 2. p. 75. Beza volum. 1. f. 206. 209. & in quaest. f. 658. Wendelin. l. 1. Theol. Christi. cap. XVI. ubi argumenta orthodoxorum Theologorum de Christi *Jean Spawrs* in Ecclesia praesentia enervare, sed frustra, conatur. A quibus tamen rectè discedit Wolfgangus Musculus in Locis p. 795. ita disserens: *Quomodo abeset caput à suo corpore, & vera vitis à suis palmibus. Absit. Non habemus talem Christum, qui tanquam prorsus absens vicarium requirat, per quem, quæ capitis sunt, in corpore Ecclesie persiciantur.**

VII. Quamvis Christus est caput corporis mystici i.e. Ecclesie, tamen in sacra cæna non ita unitur Sacramentaliter manducantibus, ut omnes qui manducant corpus & bibunt sanguinem Domini, simul etiam eorum omnium bonorum participes fiant, quæ Christus sua morte & obedientia nobis comparavit. Nam D. Apostolò teste qui indignè manducant, iudicium sibi ipsis manducant, & fiunt rei corporis & sanguinis Christi, *contra modo nominatos Calvinianos hoc sacro oraculo, ut & I. Cor. X. 16. & 17. abutentes, & ex illis ita colligentes:*

Si in

Si in sacra cana beneficia Christi tantum obfignantur, non autem verè cum Christo coniungimur, sequitur aut Christum non esse caput Ecclesiæ, aut Ecclesiam non esse corpus Christi. Utrutq; falsum. *Vid. Sadeel in Libello de Sacrament. Manducat. p. 29. & seqq. edit. An. 90.*

H. Eccelesia dicitur corpus Christi. Ubi autem est corpus, ibi etiam sunt membra illius corporis. Hinc ita colligo:

Quicumq; est membrum corporis Christi i. e. Ecclesiæ, ille etiam actu est in Ecclesia.

At Catechumeni fideles sunt membra corporis Christi h. e. Ecclesiæ.

E. Catechumeni fideles etiam actu sunt in Ecclesia *contra Bellarminum, qui lib. 3. de Ecclesia ita scribit: Certum est Catechumenos non esse in Ecclesia actu, sed tantum in potentia.*

IX. Ecclesia est tale corpus Christi, cuius singula membra inter se invicem *συμβιβάζουµενα καὶ συναρµολογώµενα* per virtutem capitis operantur & crescunt in augmentum DEI atq; ædificationem sui corporis in charitate. Ephes. IV. 16. Col. II. 19. Hæc autem descriptio impiis non competit.

E. impii non sunt membra corporis Christi, nec propriè pertinent ad Ecclesiam *contra eundem lib. IV. de Ecclesia militante cap. 5. accu-*

santem Augustanam Confessionem artic. 7. & 8. & Philippum, qui in Apologia conatus sit ostendere peccatores non pertinere ad Ecclesiam.

X. Si Christus & quidem *avtòs* est caput corporis Ecclesiæ, utiq; Pontifex Romanus non erit caput Ecclesiæ Oecumenicæ & directivum contra Papeas Romanum Pontificem pro vero, legitimo & ordinario Petri successore, Christi in his terris vicario, imò pro universalis Ecclesiæ capite iactitantes, ipsiq; omnia nomina tribuentes, quæ in scriptura tribuuntur Christo, unde constet eum esse supra Ecclesiam, qualia sunt Pastor universalis, Paterfamilias in domo. DEI, CAPUT CORPORIS ECCLESIE, vir & Sponsus Ecclesiæ &c. Vid. Bellarm. lib. 2. de Concil. c. 17. Catechism. Roman. lib. 1. de Symb. c. 4. Sed mittamus putaticium hoc caput Ecclesiæ, & audiamus piæ antiquitatis

CONSENSUM

*De uno & solo capite Ecclesiæ
CHRISTO.*

Unicum & solum CAPUT Ecclesiæ CHRISTUS
JESUS *Basiliius in Asceticis.*

Unus Rex, unus Monarcha, *Gregor. Mag. lib. 4. Epist. 36.*

Tota Ecclesia constans ex omnibus fidelibus

libus habet CAPUT CHRISTUM positum in
caelestibus, quod gubernat corpus suum, etsi
separatum à visione, annectitur tamen chari-
tate, *Aug. in Ps. 56.*

Impii sunt membra Diaboli, *Ambros. in*

Pf. 35.

Die wehrte Christenheit nur einen Hirten
kennet/

Der Jesus Christus ist/ und sich die Thür
hier nennet:

Wer nicht durch diese Thür zum
Schaaffstall gehet ein/

Der wird dem Volff zu theil/ und muß
verlohren seyn.

Ex Luc. I. 64.

*Alma fides linguam solvit, quam clauserat ante
Tarda fides. Verbo crede, beatus eris.*

ORACULUM SACRUM XXXVIII.

Marc. IX. 23.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Ὁ ἰησοῦς εἶπε τῷ ματθαί τῷ παύλῳ: τὸ ἐκ
δύναμει πιστεύου: πάντα δύναται τῷ πιστεύοντι.

Versa